MISSALE BENEDICTINUM

Admont, 2. Hälfte 12. Jh.

Seite 78v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26978
Copyright: Admont, Benediktinerstift

& corpore tibi placeamus & mente. Secreta. Accepta tibi sint
domine quaesumus nostri dona ieiunii, que & expiando nos tua gratia Compl.
dignos efficiant. & ad sempiterna promissa perducant. Per.
Quaesumus omnipotens deus, ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, be
neficia potiora sumamus. Per. Sabbato xii. lectiones.
Omnipotens sempiterne deus qui per continentiam salutarem & corporibus
mederis & mentibus maiestatem tuam supplices exoramus,
ut pia ieiunantium deprecatione placatus, & presentia nobis
subsidia prebeas & futura. Per. Alia. Da nobis quaesumus omnipotens deus,
ut ieiunando tua gratia satiemur: & abstinendo cunc
tis efficiamur hostibus fortiores. Per. Alia. Tuere quaesumus domine fa
miliam tuam, ut salutis eterne remedia. que te aspirante
requirimus. te largiente consequamur: Per. Alia. Presta quaesumus domine
si nos ab epulis abstinere carnalibus, ut a uitiis irruentibus
pariter ieiunemus. Per. Alia. Ut nos domine tribuis sollempne
tibi deferre ieiunium, sic nobis quaesumus indulgentie presta subsidium.
Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium. Ad missam.
concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma
uitiorum. Per. Secreta. Concede quaesumus omnipotens deus, ut oculis tue
maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis deuotionis obti
neat. & effectum beate perhennitatis acquirat. Per. Compl.
Proficiant in nobis domine quaesumus tua sacramenta quod continent, ut que
nunc specie gerimus, rerum ueritate capiamus. Per. Dominica uacat.
Omnipotens sempiterne deus misericordiam tuam ostende supplicibus,
ut qui de meritorum qualitate diffidimus, non iudicium sed
misericordiam sentiamus. Per. Secreta. Sacrificiis presentibus domine